Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/298936

2

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS ERNESTUS VAN PANHUYS,

Mediohurgensis.

A. D. XXVII M. APRILIS A. MDCCCLX, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLX.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

In lege 12. D. de pignoribus, verbis „*vendere eas vicino liceat*" subintelligendum: *cum fundo suo*.

II.

Lex 26 § 7. D. mandati et l. 61 § 5 D. de furtis conciliari possunt.

III.

Si legatario res sua legatur, creditori obligata, vel in qua quis superficiem vel emphyteusin habet, legatum valet. (l. 86 pr. de legatis I, quacum conciliari nequit l. 66 § 6 de legatis II).

IV.

Ulpianus in lege 72 D. de verborum obl. Tuberonis sententiam quidem refert, sed non probat.

V.

Non facio cum clar. Bachofen, Das Römische Pfandrecht, pag. 154 dicenti, in lege 29 § 1 D. de pignoribus, universitatem pignori datam esse.

VI.

Heredes fidejussoris obligatione futura, quae post ejus mortem demum contracta est, non tenentur.

VII.

Actio ex art. 618 C. C. etiam datur vi dejecto contra rei possessorem, qui neque vim fecit, neque fieri jussit.

VIII.

Jusjurandum decisorium probationibus adnumerandum est.

IX.

Ecclesiae et sepulcra in jure nostro habentur extra commercium.

X.

Hypotheca in re sua in art. 1438 2°. C. C. conservatur, uti in lege 17 D. qui potior in pignore.

XI.

Servus secundum art. 2 C. C. libertatem nactus, quod ad jus nostrum liber manet, licet reversus iterum in servitutem redactus sit.

XII.

Actio ereptitia instituenda est, ut heres indignus declaretur.

XIII.

Negotiorum gestori ipso jure usurae non debentur.

XIV.

Contra clar. Opzoomer contendo, emptorem heredidatis instituere posse hereditatis petitionem.

XV.

Codices mercatorum, excepto libro in art. 6 C. M. indicato, nihil probant.

XVI.

Acceptans ad solvendum cogi non potest, si transsantis subscriptio est falsa.

XVII.

In casu art. 198 C. M. regressus indossatis negandus non videtur.

XVIII.

Non facio cum adnotatoribus Amstelodamensibus existimantibus, art. 288 C. M. verba: „of dat hetzelve uiterlijk ten beloope der verzekerde som zal worden opgebouwd" continere eundem casum, quem art. 289 „in geval van beding van wederopbouwing."

XIX.

In art. 512 C. M. verbum „laatstgemelden" est strictae interpretationis.

XX.

Curator forocedentis pauperum jure remissis impensis agere non prohibetur in causis quas forocedens movere potest.

XXI.

Non facio cum adnotatoribus Amstelodamensibus ad art. 238 C. M. dicentibus, cognoscemento possessionem non transferri, si non adsunt facturae.

XXII.

Judex noster in causis civilibus testium interrogationem judici peregrino committere potest.

XXIII.

Minus probandum, socium suicidae non puniri.

XXIV.

Injuria in defunctos poena non afficitur.

XXV.

Qui volentem occidit, ex C. P. Francico puniri nequit.

XXVI.

Auctor intellectualis delicti art. 199 C. P. indicati puniri potest.

XXVII.

In art. 101 legis municipalis verba „de secretaris is . . . . behulpzaam" imperative sunt accipienda.

XXVIII.

Consul et decuriones selecti litteras, quibus decurio muneri renuntiat, poenitenti reddere nequeunt eum eo effectu, ut in munere remaneat.

XXIX.

Jure postliminii repeti nequeunt res publicae in interregno alienatae.

XXX.

De fabrieksindustrie werkt niet noodzakelijk nadeelig op de gezondheid en intellectuele ontwikkeling der werklieden.

XXXI.

De wetten, welke de verdeeling van grondeigendommen belemmeren, zijn af te keuren.

XXXII.

Eene buitengewone vermeerdering van geld oefent geen' invloed uit op den interest van kapitalen.